LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8957
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Incipit prefatio in vita s. Mathie apostoli.

Cum multo studio ac sollicitudine flagrarem quomodo gesta beati apostoli que apud nullum habentur ecclesiasticorum interpretem invenirem rem quidam presbyter nomine Theodericus fluctuantem me ac tristem videns causas a me tristicie requisivit et accepit. Unde summa exultatione perfusus. quia hoc in me studium invenerat dixit. quod si eorum videlicet gestorum interpres esse vellem cum quodam iudeo familiari suo se acturum ut in librum quem ipsi dampnatorum intitulant pro eo quod in ipso contra legem agentium dampnatio contineatur Mathie scilicet Iacobi utriusque et Stephani idem iudeus presentaret. Vidi certa eo tempore aliquanda ex iudeis litteras hebraicas venit qui idem libellum deferens. cui cum ego titulum legerem Sirasyrim hoc est cantica canticorum scriptum inveni tantaque indignatione commotus sum. ut vix ab illo manus continuerim. Nam illos in christianos odio ingenito decipere me gestiebat. Certe in quam leno spurcissime: clericum fallere temptas. qui hebraicarum grecarum et latinarum litterarum hystoriarumque plenissimam percepit scientiam. Sicut est certe in omni urbe bybliotheca, sive greca: quod nesciam. Quod et quidem de falso. sed ex industria dixi. Timore igitur correptus maxime ne ei apud principem in eius gratia tum sim nocere iure iurando satisfacturum se mihi promisit quod et fecit. Lecto namque titulo libri quem postmodum detulit ay mathay. hoc est vita mathye scriptum deprehendi. Denique opinatus omnia me intelligere que infra scripta erant. licet invitus omnem tamen ex ordine gestorum veritatem mihi aperuit accepto a nobis precio xx^ti^ tum solidorum. Post hec anno sequente dominus noster archiepiscopus ab alio iudeo inspecto rerum suarum ostituit ita se omnia habere deprehendit excepto quod eum ad nomen suum allusisse dixit in siclo psalmi. Postremo cuidam inclusi per hoc ipso triduanum agenti ieiunium a domino idem revelatum est. Legatis itaque absque omni hesitationis scrupulo. quod tam certis argumentis verum esse deprehensum est et omnem ambiguum spiritus sanctus abolevit. Quomodo autem demum treverim venit sicut in hystoria treverica et in monimentis Silvestri pape legi. miracula que subsequuntur edisseram.

Passio s. Mathie apostoli.

Igitur gloriosissimus apostolus domini nostri ihesu christi Mathyas. de tribu iuda civitate bethleem illustri prosapia oriundus fuit. Parentes autem illius tum multis divitiis et nobilitate generis insignes. tum quidem apud deum et homines morum venustate pollebant. Unde vere dicunt illis concessum fuisse creditur ut religiosi parentes. religiosiorem ex se filium parerent.

BIBLIOTHEK MELK DES STIFTES